Iustũ adiutoriũ meũ a dño q̃ saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis ⁊ patiens: nunquid irascitur per singulos dies.
Si conuersi fueritis gla-

dium suū vibrauit: arcū suū tetendit et parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardētib⁹ effecit
Ecce parturit iniusticiā cōcepit dolorē: et pepit iniquitatē.
Lacū aperuit et effodit eū: et incidit in foueā quā fecit.
Cōuertetur dolor ei⁹ in caput eius: et in verticē ipsius iniquitas eius descendet.
Confiteboꝛ domino secundum iusticiam eius et psallā nomini dñi altissimi. ps.8.
DOmine dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super celos
Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem ꝓpter inimicos tuos: vt destras inimicum et vltorem.
Quoniā videbo celos tuos opera digitoꝛ tuoꝛ: lunam et stellas que tu fundasti.
Quid est hō q̄ memoꝛes ei⁹ aut fili⁹ hois q̄m visitas eū.
Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis gloꝛia et honoꝛe coronasti eū: et cōstituisti eū super opera manuum tuarū.
Oia subiecisti sub pedibus ei⁹ oues et bues vniuersas: insuper et pecoꝛa campi.
Volucres celi et pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. ps.9.
Confiteboꝛ tibi dñe in toto coꝛde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letaboꝛ et exultabo in te: psallā nomini tuo altissime
In cōuertendo inimicum meū retroꝛsum: infirmabūtur et peribunt a facie tua.
Quā fecisti iudiciū meum et causam meam: sedisti super thꝛonū qui iudicas iusticiā.
Increpasti gentes et periit impius: nomen eoꝛū delesti in eternū et in seculū seculi.
Inimici defecerunt framee in finem: et ciuitates eoꝛum destruxisti.
Perijt memoꝛia eoꝛ cū sonitu: et dñs in eternū ꝑmanet.
Parauit in iudicio thꝛonū suum/et ipse iudicabit oꝛbē terre in equitate: iudicabit populos in iusticia.
Et factus est dñs refugium pauperi: adiutoꝛ in opoꝛtunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te q̄ nouerūt nomen tuū: quoniā nō dereliquisti querētes te domine.

Psallite domino qui habitat in syon: annũciate inter gentes studia eius.

Q ñ requirens sanguinem eorum recordatus est: nõ est oblitus clamorẽ pauperum

Miserere mei dñe: vide hũilitatẽ meã de inimicis meis.

Q ui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas i portis filie syon.

Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gentes in interitu quem fecerunt.

In laqueo isto quẽ abscõderunt: cõprehẽsus est pes eor

Cognoscet dñs iudicia faciens: i operib9 manuũ suarũ cõprehensus est pccator.

Conuertãt pcõres i infernũ: oẽs gẽtes q̃ obliuiscunt deũ

Quoniã nõ i finem obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperum nõ peribit in finem.

Exurge dñe non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue dñe legislatorẽ super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt.

Ut quid domine recessisti longe: despicis in oportunitatibus in tribulatione.

Dum superbit impius incenditur pauper: cõprehendũtur in cõsilijs quib9 cogitant

Q ñ laudat pcõr in desideriis aie sue: et iniqu9 bñdicit.

Exacerbauit dñz pcõr: scdz multitudinẽ ire sue nõ q̃ret.

Deus est de9 in conspectu ei9: inq̃nate sũt vie illi9 i oi tpe.

Auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum suorũ dominabitur.

Dixit enim in corde suo: non moueboꝛ a generatione in generationem sine malo.

Cui9 maledictiõe os plenũ est et amaritudie et dolo: sub lingua eius labor et dolor.

Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.

Oculi ei9 in pauperẽ respiciunt: insidiat in abscõdito/ quasi leo in spelunca sua.

Insidiat vt rapiat pauperẽ rapere pauperẽ dũ attrahit eũ

In laqo suo humiliabit eũ inclinabit se et cadet cũ dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo: oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat in finem.

Exurge domine deus et exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit im

pius deum: dixit enī in cor-
de suo non requiret.
Vides quoniam tu labor-ē
et dolorem considerās: vt
tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper:
orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccā-
toris et maligni: quereť pec-
catum illius ⁊ nō inueniet.
Dominus regnabit ineter
nū ⁊ in seculum seculi: peri-
bitis gentes de terra illius.
Desiderium pauperū exaudi
uit dñs: preparationem cor
dis eorū audiuit auris tua.
Iudicare pupillo ⁊ hūili: vt
nō apponat vltra magnifica
re se homo sup terrā. ps.10.
In dño cōfido quomodo
dicitis anime mee: trāf
migra in montē sicut passer
Q m ecce pcōres intēderūt
arcū/parauerūt sagittas su
as in pharetra: vt sagittent
in obscuro rectos corde.
Q m que perfecisti destruxe-
runt: iustus autē quid fecit.
Dns in templo sancto suo:
domin⁹ in celo sedes eius.
Oculi eius in pauperem re
spiciunt: palpebre eius in-
terrogant filios hominum.
Dns interrogat iustum et
impium: qui autem diligit
iniquitatē odit animā suam
Pluet sup pcōres laqueos
ignis sulphur ⁊ spirit⁹ pro-
cellarum/pars calicis eorū.
Q m iust⁹ dns ⁊ iustitias di-
lexit: eq̄tatē vidit vult⁹ ei⁹.
Gloria. Ader aduc. ān. Erit
ipse expectatio gentiū: laua
bitq̄ vino stolā suā: ⁊ sāguie
uue palliū suū. Ab oct. epp.
vsq̄ ad. xl.ā. Dne de⁹ me⁹ in
te spaui. Per estatē ⁊. xl.ān.
Iuste de⁹ iudex fort⁹ patiēsq̄
benign⁹: i te sperātes muni
miserando fideles. ps.11.
Saluū me fac dne qm̄ de
fecit sctūs: qm̄ diminu
te sūt veritates a filijs hoīz.
Vana locuti sūt vnusq̄sq̄
ad pximū suū: labia dolosa i
corde et corde locuti sunt.
Disperdat dominus vni-
uersa labia dolosa: et lin-
guam magniloquam.
Qui dixerūt linguā nostrā
magnificabim⁹: labia nr̄a a
nobis sunt/quis nr̄ dns est?
Propter miseriam inopū
et gemitum pauperum: nūc
exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari: fidu-
cialiter agam in eo.
Eloquia dñi eloq̄a casta ar
gētū igne examinatū: pba-
tū terre purgatū septuplū.

Tu domine seruabis nos et custodies nos: a generatione hac in eternum.

In circuitu impij ambulant: secdm altitudinē tuā multiplicasti filios hominū. ps. 11

Usquo dñe obliuisceris mei finē: vsquq̄ auertis faciem tuam a me.

Quādiu ponā consilia in aia mea: dolorē i corde meo p diē

Usquo exaltabit inimicus meus sup me: respice et exaudi me domine deus me9.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: nequādo dicat inimicus me9 preualui aduersus eum.

Qui tribulāt me exultabūt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meū in salutari tuo/cantabo dño q̄ bona tribuit michi: et psallā nomini domini altissimi. ps. 12.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus.

Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studijs suis: nō est qui faciat bonum: non est vsq̄ ad vnum.

Dñs de celo p spexit sup filios hom: vt videat si est intelligens / aut requirens deū.

Omēs declinauerūt simul inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū/non est vsq̄ ad vnum.

Sepulchrū patens est guttur eorum/linguis suis dolose agebant: venenū aspidum sub labijs eorum.

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio et infelicitas in vijs eorum: et viam pacis nō cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum.

Nōne cognoscēt oēs q̄ operant iniquitatē: q̄ deuorāt plebem meā sicut escam panis.

Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Quōm dñs in generatione iusta est: cōsilium inopis cōfudistis: quōm dominus spes eius est.

Quis dabit ex syō salutare israēl: cū auerterit dñs captiuitatē plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. ps. 14.

Domine q̄s habitabit i tabernaculo tuo: aut quis requiescet i mōte sctō tuo

Qui ingredit sine macula: et operatur iusticiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit pximo suo malū: et opzobziū non accepit adu̇ersus pzoximos suos.

Ad nichilum deductus est i conspectu eius malignꝰ: timentes aūt dñm gl̄ificat.

Qui iurat pximo suo ⁊ non decipit: qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā: ⁊ munera sup innocentem nō accepit.

Qui facit hec: nō mouebit̄ in etnū. ℣. Ꝟia. Per aduē ān.

Pulchziores sunt oculi eiꝰ vino: ⁊ dentes eiꝰ lacte candidiores. ℟. Ex ſpō ſpecies decoris eiꝰ. ℣. Deꝰ nr̄ manifeste veniet. Per oct.epy.vſq; ad.xl.ā. Respice ⁊ exaudi me dñe deꝰ meꝰ. ℟. Memor fui nocte nois tui dñe. ℣. Et custodiui legē tuā. Per estatē et xl.ā. Surge ⁊ iet̄nū serua munimine sacro: custodiq; tuos astripotens famulos. ℟. Memor fui nocte nominis tui domine. ꝑs.15.

Conserua me dñe quoniam sperauī in te dixi dño deus meꝰ es tu: quoniā bonoꝝ meoꝝ nō eges. Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ: postea acceleraueṙt. Nō congregabo cuēticula eorū de sāguinibꝰ: nec memor ero nois eoꝝ p labia mea. Dñs pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatē meā mihi. Funes ceciderunt mihi in pzeclaris: etenim hereditas mea pzeclara est mihi. Benedicā dñm q̄ tribuit mihi intellectū: insup ⁊ vsq; ad noctē increpuerunt me renes mei Pzouidebam dñm in conspectu meo semp: qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear. Pzopt hoc letatū ē coz meū et exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Quōm nō derelinques animā meā in inferno: nec dabis sānctū tuū videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo: delectatiōes in dextera tua vsq; in finē. Gl̄ia pr̄i Dñicis dieb̄ p aduēt̄ vsq; ad natiui.dñi. In.ij.noct.ā. Bethleem nō es minima in pzincipibꝰ iuda ex te enim exiet dux q̄ regat pp̄l̄m meū israel ipse enim saluū faciet pp̄l̄m suū a pctis eoꝝ. Dieb̄ dñicis ab oct.epy.vsq; ad.xl. In.ij. noct.ā. Bonoꝝ meoꝝ nō indiges: in te spauit̄ conserua me

dñe. ℣. Dñic; dieb⁹ ab oc. tri
nita. vsq; ad aduētū do. ℟. kl.
In. q. nocte. ān. Nature ge-
nitor conserua morte redē-
ptos: facq; tuo dignos ser-
uitio famulos. Psalm⁹. 16.

EXaudi dñe iustitiā meā
intēde deprecationē meā
auribus percipe orationē
meam: nō in labijs dololis.
De vultu tuo iudicium me
um prodeat: oculi tui vide-
ant equitates.
Probasti cor meū ℣ visitasti
nocte/igne me examinasti: ℣
nō est inuēta in me iniqtas.
Ut nō loquat os meū opa
hoim: ppt̄ v̄ba labior tuor
ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in se
mitis tuis: vt non mouean-
tur vestigia mea.
Ego clamaui qm̄ exaudisti
me de⁹: inclina aurē tuā mi
chi: et exaudi verba mea.
Mirifica mīas tuas: q̄ sal-
uos facis sperantes in te.
A resistētib⁹ dextere tue cu
stodi me: vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarū
protege me: a facie impiorū
qui me afflixerunt.
Inimici mei aīam meā cir-
cūdederūt adipē suū conclusert:
os eor locutū est superbiā.
Proiicientes me nūc circūde
derūt me: oculos suos statue
runt declinare in terram.
Susceperūt me sicut leo pa
rat⁹ ad prēdā: ℣ sicut catul⁹
leonis habitans in abditis.
Exurge dñe preueni eū et
supplanta eū: eripe animam
meā ab impio/framea tuam
ab inimicis manus tue.
Domine a paucis de terra
diuide eos in vita eorum: de
absconditis tuis adimple-
tus est venter eorum.
Saturati sūt filijs: ℣ dimise
rūt reliqas suas puulis suis
Ego aūt in iustitia apparebo
conspectu tuo: satiabor cū ap-
paruerit gl'ia tua. ℣. gl'ia p̄ti
Per aduētū. ān. Ecce virgo
concipiet ℣ pariet filiū: ℣ vo
cabitur nomē ei⁹ emanuel.
Post octa. epy. vsq; ad. xl. ān
Inclina domine aurem tuā
michi: et exaudi verba mea.
Per estatē et. xl. ān. Pecora
nostra tibi tu cōditor oīs
adure igne pio purgans at-
q; cremādo prouans. ps. 17.

DIligam te dñe fortitu-
dō mea: dñs firma-
mentum meum ℣ refugium
meum: et liberator meus.
Deus meus adiutor meus:
et sperabo in eum.

Protector meus et cornu salutis mee: et susceptor meus
Laudans invocabo dñm: et ab inimicis meis salvus ero.
Circumdederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.
Dolores inferni circumdederunt me: preoccupaverunt me laquei mortis.
In tribulatione mea invocavi dñm: et ad deum meum clamavi
Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam: et clamor meus in conspectu eius introivit in aures eius.
Commota est et contremuit terra / fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt: quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira ei⁹: et ignis a facie ei⁹ exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
Inclinavit celos et descendit et caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubin et volavit: volavit super pennas ventorum.
Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius: tabernaculum eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt: grando et carbones ignis.
Et intonuit de celo dñs / et altissimus dedit vocem suam: grando et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et dissipavit eos: fulgura multiplicavit et conturbavit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum: et revelata sunt fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua dñe: ab inspiratione spūs ire tue.
Misit de sumo et accepit me: et assumpsit me de aquis multis
Eripuit me de inimicis meis fortissimis / et ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
Preevenerunt me in die afflictionis mee: et factus est dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: salvum me fecit quoniam voluit me
Et retribuet michi dominus secundum iustitiam meam: et secundum puritatem manuum mearum retribuet michi.
Quia custodivi vias domini: nec impie gessi a deo meo
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et iustitias non repuli a me.
Et ero immaculatus cum eo: et observabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet michi dominus secundum justitiam meam: et secun-

dum puritatē manuū mea-
rū in conſpectu oculoꝝ eius.
Cum ſcō ſcūs eris: et cum
viro innocēte innocens eris.
Et cū electo electus eris: et
cum peruerſo peruerteris.
Quoniam tu populum hu-
milem ſaluum facies: ⁊ ocu-
los ſuperboꝝ humiliabis.
Quōm tu illuminas lucernā
meam domine: deus meus
illumina tenebꝛas meas.
Quoniā in te eripiar a ten
tatione: et in deo meo tranſ
gꝛediar murum.
Deꝰ meꝰ ipolluta via eius:
eloꝗa dñi igne examinata:
ꝓtectoꝛ eſt oīm ſperātiū i ſe.
Quōm quis deus ꝓter dñm:
aut quis deꝰ ꝓter deū nr̄m
Deus q̄ ꝓcinxit me vȳtute: ⁊
poſuit imaculatā viā meā.
Qui perfecit pedes meos
tanq̄ ceruoꝝ: et ſup ex-
celſa ſtatuens me.
Qui docet manus meas ad
ꝓlium: et poſuiſti vt arcū
ereum bꝛachia mea.
Et dediſti michi ꝓtectio-
nem ſalutis tue: et dextera
tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua coꝛrexit
me in finem: et diſciplina
tua ipſa me docebit.
Dilataſti greſſus meos ſub
tus me: et non ſunt infir-
mata veſtigia mea.
Perſequar īimicos meos
et cōpꝛehendam illos: et nō
conuertar donec deficiant.
Confringam illos nec po-
terunt ſtare: cadent ſubtus
pedes meos.
Et ꝓcinxiſti me virtute
ad bellū: ⁊ ſupplātaſti inſur-
gentes in me ſubtus me.
Et inimicos meos dediſti
michi doꝛſum: et odientes
me diſperdidiſti.
Clamauerunt nec erat qui
ſaluos faceret ad dominuꝫ:
nec exaudiuit eos.
Et cōminuā eos vt pulue-
rem ante faciē venti: vt lu-
tum platearum delebo eos.
Eripies me de cōtradictio-
nibus ꝑpuli: conſtitues me
in caput gentium.
Populus quem nō cogno-
ui ſeruiuit michi: in auditu
auris obediuit michi.
Filij alieni mētiti ſūt mihi
filij alieni īueterati ſunt: et
claudicauerūt a ſemitis ſuis.
Uiuit dñs et bñdictus deus
meꝰ: ⁊ exaltet deꝰ ſalutē mee.
Deus qui das vindictas mi
chi: et ſubdis populos ſub
me: liberatoꝛ meus de inimi
cis meis iracundis.

Et tab insurgẽtibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine: & nomini tuo psalmum dicam.

Magnificãs salutes regis ei⁹ & faciẽs miam xpo suo dauid: & semini ei⁹ vsq; i scl'm.

Cl'ia pr̃i. Per aduẽ.ã. Oriet̃ur i dieb⁹ ei⁹ iusticia & abũdantia pacis: & adorabũt eũ oẽs reges: oẽs gẽtes seruiẽt ei. ℣. Egredietur virga de radice iesse. ℟. Et flos de radice ei⁹ ascẽdet. Post octa. epp. vsq; ad. xi. ãn. Dns firmamentũ meũ et refugiũ meũ. ℣. Media nocte surgebã ad cõfitẽdũ tibi dne. Per estat. & ãn. Tu pr̃im humilẽ saluasti ab hoste redẽptor atq; supba tuo colla pmis iaculo. ℣. Media nocte surgebã. ps. 18

Celi enarrant gloriam dei: & opera manuũ ei⁹ annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbũ: et nox nocti indicat sciẽtiam

Nõ sũt loq̃le neq; sermões: quor nõ audiant voces eor.

In oẽm trãexiuit son⁹ eor. et in fines orbis terre verba eor.

In sole posuit tabernaculum suũ: & ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius.

Et occursus eius vsq; ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.

Lex dñi imaculata cõuertens aias: testimoniũ dñi fidele sapiẽtiã pstans pusillis.

Iusticie dñi recte letificantes corda: preceptum dñi lucidum illuminans oculos.

Timor dñi scs̃ pmanet in seculũ scl'i: iudicia dñi vera iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurũ et lapidẽ prec̃iosum multũ: et dulciora sup mel et fauũ.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.

Si mei nõ fuerint dñati tũc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.

Et erunt vt ꝑplaceãt eloq̃a oris mei: & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper.

Dñe adiutor me⁹: & redemptor meus. Gloria patri.

℣. Dñicis dieb⁹ p aduẽ. vsq; ad natiui. dñi. In. ij. noc. ã.

Nox p̃cessit dies aũt appropi
quauit: abijciam⁹ g̃ opa tene
brar̃ et induamur arma lucis.
℣ Dñicis dieb⁹ ab oct. epy.
dsq̃ ad. xl. qñ de dño. agit. In
tis. noct. ãn. Nõ sunt loquele
neq̃ sermones quor̃ nõ au-
diant voces eor̃. ℣ Dñicis
dieb⁹ p̃ esta. qñ de dño. agit dsq̃
ad aduc. et. xl. In. tis. noct. ãn
Sponsus vt e thalamo p̃cessit xps in orbẽ: de sc̃ẽdens celo
iure salutifero. Psalm⁹. 10.
Q Laudiat te dominus in
die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxiliũ de san-
cto: et de syon tueatur te.
Memor̃ sit oĩs sacrificij tui
et holocaustũ tuũ pingue fiat
Tribuat tibi scd̃m cor̃ tuũ:
et omne cõsiliũ tuũ confirmet.
Letabimur ĩ salutari tuo:
et in nomine dei nostri ma-
gnificabimur.
Impleat dñs oẽs petitio-
nes tuas: nunc cognoui qm̃
saluũ fecit dñs christũ suum
Exaudiat illum de celo san
cto suo: in potentatibus sa-
lus dextere eius.
Hi in curribus et hi in eq̃s:
nos autem in nomine domi
ni dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt et eci-
derunt: nos autem surrexi-
mus et erecti sumus.
Dñe saluũ fac regẽ: et exau
di nos in die qua inuocaueri-
mus te. Gl'ia. Per aduc. ãn.
Hora est iã nos de sõno sur-
gere: et apti sunt oculi nostri
surgere ad xp̃m: q̃ lux vera
est fulgens in celis. Ab oga.
epy. dsq̃ ad passio. dñi. ãn.
Impleat dñs oẽs petitio-
nes tuas. Per estatẽ. et. xl. ã.
Auxiliũ nobis saluator̃ mit
te salutis: et tribue vitam
tempore perpetuo. Ps. 20.
Domine in virtute tua le
tabit̃ rex: et sup̃ salutare tuũ exultabit vehemẽter.
Desiderium cordis eius tri-
buisti ei: et voluntate labior̃
eius non fraudasti eum.
Quoniam p̃ueneisti eũ in
benedictiõibus dulcedinis:
posuisti in capite eius coronam de lapide p̃cioso.
Vitã petijt a te et tribuisti
ei: longitudinẽ dierum in se
culum et in seculum seculi.
Magna est gl'ia ei⁹ in salu-
tari tuo: gloriã et magnũ de-
corem impones super eum.
Quã dabis eũ in bñdictionẽ
in scl'm seculi: letificabis eũ
in gaudio cum vultu tuo.
Quã rex sperat in dño: et in

mia altissimi nō cōmouebit.
Inueniatur manus tua oi b⁹ inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs qui te oderunt
Pones eos vt clibanum ignis in tēpore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis
Fructū eor de terra pdes: et semē eor a filiis hominū.
Quoniā declinauerūt in te mala: cogitauerunt consilia que nō potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum: in reliquijs tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare dñe in vtute tua: cātabim⁹ et psallem⁹ vtutes tuas. Glia pri. Peraduē.ā.
Gaudete in dño sēp: modestia vra nota sit oib⁹ hoibus dñs prope est/ nichil solliciti sitis: sed in oi oratione petitiones vre innotescant apud deū. ℣. Egredietur dñs de loco scō suo. ℟. Veniet vt saluet pplm suū. Nō dicat vlterius &c. ℣. Dñe in virtute tua letabit rex. ℣. Exaltare dñe in vtute tua. ℟. Cantabim⁹ et psallem⁹ virtutes tuas. Per eſtatē.ā.
Rex sine fine manēs miserū tu parce ruinis: pmia concedens et tua cuncta regens. ℣.

Exaltare dñe. Pts. Canticū.
Te deum laudamus: te dominum cōfitemur.
Te eternum patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi celi et vniuerse potestates.
Tibi cherubin et seraphin: incessabili voce pclamant.
Sanctus. Sanctus Sanct⁹. Dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue.
Te gl'iosus: apl'orum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum: sancta confitetur ecclesia.
Patrē imense maiestatis.
Venerandum tuum verū: et vnicum filium.
Sanctū q̄q: paraclytū spm̄.
Tu rex glorie chriſte.
Tu pris sēpitern⁹ es fili⁹.
Tu ad liberādū suscepturus hoiez nō horruisti vgis vterq
Tu deuicto mortis aculeo aperuisti credētib⁹ regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris.
Iudex crederis esse vēturus
Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos pre

cioso sanguine redemisti.
Et terna fac: cum sanctis tuis in gloria numerari.
Salui fac populum tuum dñe: et benedic hereditati tue.
Et rege eos: et extolle illos vsqz in eternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomẽ tuum in seculum: z in seculum seculi
Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine: miserere nostri.
Fiat mia tua dñe sup nos: quẽadmodũ sperauim⁹ in te
In te dñe sperau: nõ confundar in eternũ. ℣. Excelsus sup oẽs gentes dñs. ℟. Et super celos gloria eius.
Deꝰ i adiutoriũ. In lau. à.
Regnabit dñs pcinctus fortitudine cũ decore vtutum: cuius sedes est in eternũ. ps.
Dñs regnauit. à. Sciamus oẽs qz dñs ipse est deꝰ cui iubilemus z exaltemꝰ z laudemus nomen eiꝰ in eternũ. ps.
Jubilate. ãn. Vindicã te in vita mea vt videã vtutẽ tuã z gloriã tuã. ℣. Deꝰ deꝰ meꝰ. à. Hymnũ dicamꝰ alla: dño nostro alla. ps. Vndicite. à.
Opus omis laudet dñm: quia

ipse dixit z facta sũt: ola mãdauit z creata sũt vniuersa. ps. Laud. Hi pi. z he ãe. dñi laudib⁹ dñicalib⁹ ab oc. epy. vsqz ad ixx. Et ta Deus oim. vsqz ad aduẽtum dni. ps. 92.
Dominꝰ regnauit decorẽ idutꝰ est: indutꝰ est dñs fortitudinẽ z pcinxit se.
Etenim firmauit orbẽ terre: qui non commouebitur.
Parata sedes tua extunc: a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina dñe eleuauerũt flumina vocẽ suã
Eleuauerũt flumina fluctꝰ suos: a vocib⁹ aqrũ multarũ.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domũ tuã decet sctitudo dñe/in lõgitudinẽ dierũ. Glia pri. ps. 99.
Jubilate deo omnis terra: seruite dño i leticia.
Introite in conspectu eiꝰ: in exultatione.
Scitote qm dñs ipse est deꝰ: ipse fecit nos z nõ ipsi nos.
Populus eius et oues pascue eiꝰ: introite portas eiꝰ in confessione atria eius in hymnis confitemini illi.
Laudate nomẽ eiꝰ qm suauis est dñs in eternũ mia eiꝰ: z

vlq; in gñatiõe et gñationẽ veritas ei⁹. ℣. Gl'ia pẽ ps.62.

DEus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuam et gloziam tuam.

Q̃ m̃ melioz est mĩa tua sup vitas: labia mea laudabũt te

Sic bñdicã te i vita mea: et in noie tuo leuabo man⁹ meas

Sicut adipe ⁊ pĩguedine repleat aĩa mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meum

Si memoz fui tui sup stratũ meũ/ i matutinis meditabozi te: q̃ fuisti adiutoz me⁹

Et in velamẽto alaꝝ tuarũ exultabo/ adhesit aĩma mea pst te me suscepit dexta tua.

Ipsi vero inuanũ q̃sierunt aĩam meã/ introibũt i inferiora terre: tradẽtur in manus gladij partes vulpiũ erunt.

Rex vero letabitur in deo laudabũtur oẽs qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. ps.66.

DEus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis illuminet vultum suum sup nos: et misereatur nostri.

Ebo.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnib⁹ gentibus salutare tuum.

Q̃õfiteanť tibi populi de⁹: confiteanť tibi populi oẽs.

Letentur ⁊ exultent gẽtes q̃m iudicas populos in equitate: ⁊ gentes i terra dirigis

Q̃õfiteanť tibi populi de⁹/ cõfiteantur tibi populi oẽs: terra dedit fructum suum.

Bñdicat nos de⁹ de⁹ nr̃: bñdicat nos de⁹: et metuant eũ oẽs fines terre. Gl'ia patri.

Sicut erat. ℣. Danielis.3.

BEnedicite oĩa opera domini dño: laudate ⁊ superexaltate eum i secula.

Benedicite angeli dñi domino: benedicite celi domino

Bñd. aq̃ oẽs q̃ sup celos sũt dño: bñdoẽs vtutes dñi dño

Benedicite sol ⁊ luna dño: benedicite stelle celi domino

Bñdicite ymbꝛ ⁊ ros dño: benedicite oĩs spũs dei dño.

Benedignis et estus dño: bñdicite frigus ⁊ estas dño.

Benedꝛozes ⁊ pꝛuina dño: bñdicite gelu et frigus dño.

Benedglacies ⁊ nives dño: bñdicite noctes et dies dño.

Bñdicite lux ⁊ tenebꝛe dño benedfulgura ⁊ nubes dño.

Bñdicat terra dño: laudet

et superexaltet eū in secula.
B ñdicite montes et colles dño: bñdicite vniuersa germinantia in terra domino.
B ñdicite fontes dño: bñdicite maria et flumina dño.
B enedicite cete ⁊ oia q̄ mouentur in aquis dño: bñdicite oēs volucres celi dño.
B ñdicite oēs bestie ⁊ pecora dño: bñdicite filij hoim dño
B enedicat israel dño: laudet ⁊ superexaltet eū in secula
B enedicite sacerdotes dñi dño: bñdicite serui dñi dño.
B enedicite spirit⁹ ⁊ anime iustorū dño: benedicite sancti ⁊ humiles corde domino.
B enedicite anania azaria misael dño: laudate ⁊ superexaltate eum in secula.
B enedicamus patrē ⁊ filiū cum sancto spiritu: laudem⁹ et superexaltem⁹ eū in scl'a.
B enedictus es dñe i firmamento celi: et laudabilis et glorios⁹ ⁊ superexaltatus in secula. amen. ps. 148.

L Audate dñm de celis: laudate eū in excelsis
L audate eū oēs angeli ei⁹ laudate eū oēs virtutes ei⁹.
L audate eū sol ⁊ luna: laudate eum oēs stelle ⁊ lumen
L audate eum celi celorū: et aque que sup̄ celos sunt laudent nomen domini.
Q ⁊ ipse dixit et facta sunt: ipse mādauit ⁊ creata sunt.
S tatuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit.
L audate dominū de terra: dracones et omnes abyssi.
I gnis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius.
M ontes ⁊ oēs colles: ligna fructifera et omnes cedri.
B estie et vniuersa pecora: serpētes ⁊ volucres pēnate.
R eges terre ⁊ oēs populi: principes ⁊ oēs iudices tre.
I uuenes ⁊ virgines senes cum iuniorib⁹ laudent nomen domini: quia exaltatū est nomen eius solius.
C ōfessio ei⁹ sup celū et trā: et exaltauit cornu pp'li sui.
H ymnus omnib⁹ sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi. ps. 149.

C Antate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
L etet israł in eo q̄ fecit eū: ⁊ filie syō exultēt in rege suo.
L audent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: ⁊ exaltabit mansuetos in salutē.
Exultabunt sancti in gl'ia: letabuntur in cubilib⁹ suis.
Exultationes dei in gutture eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eor⁹ in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est oibus sanctis eius. ps.148.
Laudate dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamēto virtutis eius.
Laudate eum in virtutib⁹ eius: laudate eū scōm multitudinem magnitudinis ei⁹.
Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.
Laudate eum in tympano et choro: laudate eū in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonātibus / laudate eū in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dñm.
Gl'ia pri et filio ⁊ spūi sctō.
Sicut erat Apoc.7.Cap.

Benedictio et claritas et sapientia ⁊ gratiar⁹ actio honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. Deo grās.
Hoc cap. dr in omnib⁹ do. ad laud. a Domine ne in ira. vsq; ad. lxx. et a Deus oim, vsq; ad aduētum quādocūq; agitur de dñica. Item sciēdū est q; quotiens pcedit hy⁹ Primo dierū. ad matuti. totiens sequit in laud. iste hy⁹.
Iam nunc paterna claritas / te postulam⁹ assatim: ablit libido sordidans / omni sq; actus noxius.
Ne feda sit vel lubrica / cōpago nostri corporis: p quā auerni ignibus ipsi crememur acrius.
Ob hoc redēpti ās / vt pbra nostra diluas: vite perēnis commoda / nobis benigne conferas.
Quo carnis actu exules / effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui / melos canam⁹ glorie.
Deo patri sit gloria / eiusq; soli filio cum spū paracleto et nunc ⁊ imperpetuū. Amē.
℣ Dñs regnauit decorem induit. ℟ Induit dñs fortitudinem ⁊ pcinxit se vtute

Est notandū est qđ quotiēs p̄cedit hy⁹. Nocte surgētes. Ad matutinas totiens seq̄tur in laudibus iste hymn⁹

Ece iam noctis tenuat vmbra lucis auroza rutilans chorusc at: nisibus totis rogitemus omnes / cunctipotentem.

Ut deus noster miseratus omnē / pellat languorem tribuat salutē: donet et nobis pietate patris / regna poloz

Prestet hoc nobis deitas beata patris ac nati / pariterq̄ sancti spirit⁹ cuius reboat in oī gloria mundo. ℟. Dñs regnauit. ℟. Decoz̄ induit. Alleluya. Luce. i.

Benedictus dñs deus israel: qz visitauit & fecit redēptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: ī domo dauid pueri sui.

Sicut locut⁹ est per os sanctoz̄um: qui a seculo sunt p̄phetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: et de manu omniū qui oderunt nos.

Ad faciendam misericoz̄diam cū patribus nostris: et memoz̄ari testamēti sui sci.

Iusiurandum qđ iurauit ad abzaham patrem nostrū daturum se nobis.

Ut sine timoze de manu inimicoz̄um nostroz̄um liberati: seruiamus illi.

In sctitate & iustitia coram ipso: oibus diebus nostris.

Et tu puer p̄pheta altissimi vocaberis: p̄ibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam sciam salutis plebi eius: in remissionem peccatoz̄um eoz̄um.

Per viscera misericoz̄die dei nostri: in quibus visitauit nos oziens ex alto.

Illuminare his qui ī tenebz̄is & in vmbz̄a moz̄tis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Glia patri. Dicat ℟. sup p̄m. Bñdictus. vt tempus exigit cū ozone. Ad p̄mā. hy⁹.

Iam lucis ozto sydere / deum p̄precemur supplices: vt in diurnis actibus / nos seruet a nocentibus.

Lingua refrenans temperet / ne litis hoz̄roz̄ insonet: visum fouendo cōtegat ne vanitates hauriat.

Sint pura coz̄dis intima /

abstinat et vecordia: carnis terat superbiam / potus cibiq parcitas.

Ut cū dies abscesserit nocte q̄ sors reduxerit: mūdi p abstinētiā/ipsi canam⁹ gloriā.

Deo p̄i sit gl'ia/eiusq̄ soli filio: cum spū paraclyto/ nūc et imppetuū. amē. ps.xl.

Deus deus me⁹ respice in me quare me dereliquisti: lōge a salute mea verba delictorum meorum.

De⁹ me⁹ clamabo per diē et nō exaudies: et nocte et nō ad insipiētiam michi.

Tu autē in sancto habitas laus israel.

In te spauerunt p̄res nr̄i: spauerūt et liberasti eos.

Ad te clamauerūt et salui facti sunt: in te spauerūt et nō sunt cōfusi.

Ego autē sum vermis et nō homo: opprobrium hominū et abiectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labijs et mouerunt caput.

Speravit i dño eripiat eum: saluū faciat eū qm̄ vult eū.

Quoniā tu es qui extraxisti me de vētre spes mea ab vberib⁹ matris mee: in te proiectus sum ex vtero.

De vētre mr̄is mee de⁹ meus es tu: ne discesseris a me.

Quoniā tribulatio prima est: quoniā nō est qui adiuuet.

Circunderunt me vituli multi: thauri pingues obsederunt me.

Aperuerūt sup me os suū: sicut leo rapiēs et rugiēs.

Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt oia ossa mea.

Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens: in medio vētris mei.

Aruit tāq̄ testa virt⁹ mea/ et lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerē mortis deduxisti me.

Quoniā circūdederūt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderūt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

Ipsi vero considerauerūt et inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autē dñe ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad defensionē meam conspice.

Erue a framea deus animā meam: et de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomē tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: universum semē iacob glorificate eum.
Timeat eū omne semē isrl' qm̄ non sprevit neq; despexit deprecationē pauperis.
Nec avertit faciem suam a me: et cum clamarem ad eū exaudivit me.
Apud te laus mea i eccl'ia magna: vota mea reddā in conspectu timentium eum.
Edent pauperes & saturabuntur/ et laudabunt dñm qui requirunt eum: vivent corda eorū in seculū seculi.
Reminiscent & cōvertētur ad dñm: universi fines tre.
Et adorabūt in conspectu ei9: universe familie gentium.
Quoniā domini est regnū: et ipse dominabitur gentiū.
Manducaverunt et adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent oēs qui descendunt in terrā
Et anima mea illi vivet: et semen meum seruiet ipsi.
Annunciabit domino generatio ventura: et annunciabunt celi iustitiam eius/ populo qui nascetur quem fecit dominus. Psalm9. 22.
Dominus regit me & nichil mihi deerit: i loco pascue ibi me collocavit.
Super aquā refectiōis educavit me: aiam meā convertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum
Nam et si ambulavero in medio umbre mortis: nō timebo mala qm̄ tu mecū es.
Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos qui tribulant me.
Impinguasti i oleo caput meum: & calix meus inebrians q̄ preclarus est.
Et misericordia tua subsequet me: omnibus diebus vite mee.
Et ut inhabitē in domo dñi: in longitudinem dierum.
Gloria patri. Psalm9. 23.
Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et universi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina preparavit eum.
Quis ascendet in montem

domini: aut quis stabit in loco sancto eius.

Innocens manibus ⁊ mūdo corde qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionē a domino: et misericordiam a deo salutari suo.

Hec est generatio querētiū eū: querentiū faciē dei iacob

Attollite portas principes vrās/ ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glorie

Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vestras / et eleuamini portę eternales: et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie: dominus virtutum/ ipse est rex glorie. Psalmus. 24.

Ad te dñe leuaui animā meā: deꝰ meus in te confido non erubescam.

Neq irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui sustinent te nō confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: superuacue.

Vias tuas domine demōstra michi: et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus: et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationū tuarū dñe: et misericordiarum tuarum que a seculo sunt.

Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris.

Secōm misericordiam tuam memēto mei tu: propter bonitatem tuam domine.

Dulcis et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mānsuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Vniuerse vie dñi mia ⁊ veritas: requirētibꝰ testamētū eius et testimonia eius.

Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.

Firmamentū est dñs timētibus eum: et testamentum ipsius vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominum: quoniā ipse euellet de

laqueo pedes meos.

Respice in me et miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego.

Tribulationes coꝛdis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatē meā ⁊ laboꝛem meum: ⁊ dimitte vniuersa delicta mea.

Respice īimicos meos qm̄ multiplicati sunt: ⁊ odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam et erue me: non erubescam qm̄ sperauī in te.

Innocentes ⁊ recti adhesserunt michi: qꝛ sustinui te.

Libera deꝰ israel: ex oīm̄bus tribulationibus suis.

Glozia patri. ps.25.

Iudica me dñe qm̄ ego in innocentia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperās non infirmaboꝛ.

Proba me dñe ⁊ tenta me: vꝛe renes meos ⁊ coꝛ meum.

Qm̄ misericoꝛdia tua ante oculos meos est: ⁊ complacui in veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis: ⁊ cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiā malignātiū: ⁊ cum impijs non sedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circūdabo altare tuum domine.

Ut audiam vocem laudis et enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decoꝛem domus tue: ⁊ locum habitationis gloꝛie tue.

Ne perdas cum impijs deus animā meā: ⁊ cūviris sanguinum vitam meam.

In quoꝛ manibꝰ iniquitates sunt: dexteꝛa eoꝛum repleta est muneribus.

Ego autē in īnocētia mea ingressus sum: redime me ⁊ miserere mei.

Pes meus stetit in directo in ecclesijs benedicam te dñe. ps.53.

Deus in nomine tuo saluū me fac: ⁊ in virtute tua iudica me.

Deus exaudi oꝛationē meam: auribus pꝛcipe verba oꝛis mei.

Quoniā alieni insurrexerunt aduersum me ⁊ foꝛtes quesierunt animā meam: et non pꝛoposuerunt deuꝫ ante conspectum suum.

Ecce enim deꝰ adiuuat me: ⁊ dominus susceptoꝛ est anime mee.

Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.

Uolũtarie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo domine: quoniã bonum est.

Quoniam ex omni tribulatiõe eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria patri. ps.117.

Confitemini dño quoniã bonus: qm̃ in sc̃m misericordia eius.

Dicat nũc israel qm̃ bonus quoniã in seculũ mia eius.

Dicat nũc domus aarõ: qm̃ in sc̃m misericordia eius.

Dicãt nũc qui timẽt dñm: qm̃ in sc̃m mia eius.

De tribulatione inuocaui dominu: et exaudiuit me in latitudine dominus.

Dñs michi adiutor: non timebo q̃d faciat michi homo

Dñs michi adiutor: et ego despiciã inimicos meos.

Bonũ est cõfidere in dño: q̃ confidere in homine.

Bonũ est sperare in dño: q̃ sperare in pricipibus.

Omnes gentes circuierunt me: et in nomĩe domini quia vltus sum in eos.

Circundantes circunderunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes et exarserũt sicut ignis in spinis: et in nomine dñi/ quia vltus sum in eos.

Impulsus euersus sum vt caderẽ: et dñs suscepit me.

Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem.

Uox exultatiõis et salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera dñi fecit virtutẽ/ dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem.

Dõ moriar sed viuã: et narrabo opera domini.

Castigãs castigauit me dñs et morti non tradidit me.

Aperite michi portas iustitie et ingressus in eas confitebor dño: hec porta dñi iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es michi in salutem.

Lapidem quem reprobauerũt edificantes: hic factꝰ est in caput anguli.

A dño factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.

Hec est dies quã fecit dñs: exultemꝰ et letemur in ea.

O domine saluum me fac:

o domine benepꝛosperare: benedictus qui venit in nomine domini.

Benedixim⁹ vobis de domo dñi: de⁹ dñs ⁊ illuxit nobis.

Cõstituite diẽ solẽnẽ in cõdẽsis: vsqꝫ ad coꝛnu altaris.

Deus meus es tu et cõfiteboꝛ tibi: deus meus es tu / et exaltabo te.

Confiteboꝛ tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.

Cõfitemini dño qm̃ bon⁹: quoniã in seculum mia ei⁹.

A.lxx.vsq ad vas. dieb⁹ do. p̃ sto.ꝟ. Cõfitemini.ꝟ. ps. Dñs regnauit decoꝛẽ.ꝟ.118

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto coꝛde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs ei⁹ ambulauerunt.

Tu mandasti: mãdata tua custodiri nimis.

Vtinam diꝛigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas.

Tũc nõ cõfundar: cũ ꝓspexero in oibus mãdatis tuis.

Confiteboꝛ tibi in directione coꝛdis: in eo quod didici iudicia iustitie tue.

Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsqꝫquaqꝫ.

In quo coꝛrigit adolescentioꝛ viam suam: in custodiẽdo sermones tuos.

In toto coꝛde meo exquisiui te: ne repellas me a mãdatis tuis.

In coꝛde meo abscõdi eloquia tua: vt non peccem tibi

Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.

In labijs meis ꝓnũciaui: omnia iudicia oꝛis tui.

In via testimonioꝛum tuoꝛum delectatus sum: sicut in oꝫnibus diuitijs.

In mãdatis tuis exercebꝛ: et conſiderabo vias tuas.

In iustificationibus tuis meditaboꝛ: non obliuiscar sermones tuos. Psalmus.

Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiã sermones tuos.

Reuela oculos meos: et conſiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum i terra: nõ abscõdas a me mãdata tua.

Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tu-

as: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Auer a me oppprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederūt principes et aduersum me loquebantur: seruus autē tuus exercebatur in iustificationib⁹ tuis
Dam et testimōnia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tue.
Adhesit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
Uias meas enunciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Uiam iustificationū tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit aīa mea pre tedio: cōfirma me in vbis tuis.
Uiā iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Uiam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimōnijs tuis domine: noli me confundere.
Uiā mandatorū tuorū cucurri: cum dilatasti cor meum.

Glia pēi. In die⁹ do. an. Dñe ne in. vsq; ad lxx. et a Deus oim. vsq; ad aduē. dñi quādo de do. agitur. ā. Dñs regit me et nichil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. In terris a Dñe ne i. vsq; ad septuagesimam: et a De⁹ omniū. vsq; ad aduē. qñ de do. agit ān. De⁹ exaudi oratiōnē meā aurib⁹ pcipe verba oris mei. In fe. p aduē. ān. Veni et libera nos de⁹ nr̄. Symbolū athanasij

Quicūq; vult salu⁹ esse: ante oia opus est vt teneat catholicam fidem.
Quā nisi quisq; integrā inuiolatāq; seruauerit: absq; dubio in eternum peribit.
Fides aūt catholica hec est: vt vnū deū in trinitate: et trinitatem in vnitate veneremur.
Neq; cōfundentes psonas: neq; substantiā separantes
Alia est enī psona patris: alia filij: alia spiritussancti.
Sed patris et filij et spiritussancti vna est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas.
Qualis pater talis filius: talis spiritussanctus.
Increatus pater increat⁹ fili⁹: increat⁹ spiritussctūs.
Immēsus pater immēsus fili⁹: immēsus spiritussanct⁹.

Æternus pater eternus filius: eternus spiritussanctus.
Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus.
Sicut non tres increati nec tres imēsi: sed vnus increatus et vnus immensus.
Similiter omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus.
Et tamen non tres omnipotētes: sed vnus oīnipotēs.
Ita deus pater deus filius deus spiritussanctus.
Et tamen non tres dij: sed vnus est deus.
Ita dñs pater: dñs filius: dominus spiritussanctus.
Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.
Quia sicut singillatim vnāquāq; personā: deū aut dominum confiteri christiana veritate compellimur. ita tres deos aut dños dicere: catholica religione phibemur.
Pater a nullo est factus: nec creatus nec genitus.
Filius a patre solo est: nō factus nec creatus / sed genitus
Spūssctūs a patre et filio: nō factus nec creatus / nec genitus sed procedens.
Vnus ergo pater nō tres patres: vnus filius nō tres filij: vnus spiritussanctus nō tres spiritussancti.
Et in hac trinitate nihil prius aut posterius: nihil maius aut minus. sed tote tres persone coeterne sibi sunt et coequales.
Ita vt per oīnia sicut iā supradictum est: et vnitas in trinitate: et trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad eternam salutem: vt incarnationē quoq; dñi nostri iesu christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt credamus et confiteamur: quia dominus noster iesus xps dei filius deus et homo est.
Deus est ex substantia patris ante secula genitus: et homo est ex substantia matris in seculo natus.
Perfectus deus perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens.
Equalis patri secundum diuinitatē: minor patre secundum humanitatem.
Qui licet deus sit et homo: nō duo tñ: sed vnus est christus
Vnus aūt nō cōuersione diuinitatis in carnē: sed assū-

ptione humanitatis in deū.
Unus oino nō ꝯfusiōe substantie: sed vnitate persone
Nam sicut anima rationalis/ z caro vnus est homo: ita deus et hō vnus est chzistus.
Qui passus est p salute nostra descēdit ad inferos: tertia die resurrexit a moztuis.
Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris oipotentis: inde venturus est iudicare viuos et moztuos.
Ad cui⁹ aduētū oēs hoies resurgere habent cū cozpib⁹ suis: z reddituri sunt de factis pzopzijs rationem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum.
Hec est fides catholica/ quā nisi quisqz fidelit firmiterqz crediderit: salu⁹ esse nō poterit
Ofia pti. In oīb⁹ dñicis qñ cūqz dz p. De⁹ de⁹ me⁹ respice. cū reliqs pis. Ad.i. dicet sup
Quicūqz vult hec ān. Te deū patrē ingenitū te filiū vnigenitū te spiritū sācti paraclitū: sanctā z indiuiduā trinitatē toto cozde z oze cōfitemur laudamus atqz bñdicimus tibi gloziā in secula.
In omnib⁹ fe. dupl. pannū extra ebd. scē trin. dicit sup
Quicūqz hec. Ista ā. sequēs dicit i fest. ix. lec. duplicīū vel simplic. pter certa festa notat z in tēpozali z sācōzali. ā.
Gratias tibi deus/ gras tibi vera vna trinitas: vna et summa deitas: sancta z vna vnitas.
In festis et festiuitū. lec. sine regimine chzisti pzeter certa tēpzia vbi nota tur dicunt hec ãe sequentes.
Fer. ij. sup psal. Quicūqz vult. ān. Adest de⁹ vn⁹ op̄s: pater z fili⁹ z spiritus sanct⁹.
Feria. iij. ā. Te vnum in substātia trinitatē ipsonis confitemur.
Fer. iiij. ān. Te semp idē esse viuere z intelligere pfitemur.
Fer. v. ān. Te inuocamus: te adoramus te laudam⁹ o btā trinitas.
Fer. vi. ā. Spes nostra/ salus nostra/ honoz nr̄ o btā trinitas.
Sabbō. ā. Libera nos salua nos iustifica nos o btā trinitas.
Ch.
Domine miserere nr̄i/ te enī expectauimus esto bzarchiū nostrū i mane: et salus nostra in tēpzie tribulationis. Deo gras.
Hic fiant pces cū pstratiōe ad oēs hos.
Iesu xpe fili dei viui: Miserere nobis.
Qui sedes ad dexterā pris.

Miserere. Gloria pa. Jesu. Iste dꝰ. scilicet Qui sedes. dz p totū annū post p̄dic. R̄. nisi ii die nati. dñi: et ab hinc vsqz crasti. purif. ta pas. dñi vsqz ad asce. dñi: ℣ nisi qñ dicit de ꝯ. maria: ℣ nisi i fes. et p oct. coꝛp. xpi: qñ de octa. fit seruitiū: ℣ nisi i fes. trāsfiguratiōis: ℣ in fes. ℣ p oct. nōis iesu: qñ de ip̄is oc. fit seruit. sequitur ℣ Exurge dñe adiua nos. R̄. Et libera nos p pter nomen tuū. Et his dictis sequuntur pzeces hoc modo.

Kyrieleyson. xp̄e ele. ij. Kyriel. ij. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Sed libera nos. Viuet anima mea et laudabit te. Et iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt. Quere seruum tuū domine: quia mandata tua non sum oblitus. Credo i deū. Carnis resurrectionē. Et vitā etnā amen Ego ad te dñe clamaui. Et mane oō mea p̄uenit te. Repleatur os meū laude. Vt cantem gloriā tuā tota die magnitudinem tuam. Domine auerte faciem tuam a peccatis meis. Et omnes iniquitates meas dele. Coꝛ mundum crea in me deus. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne pzoijcias me a facie tua Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui. Et spiritu pzincipali confirma me. Eripe me dñe ab homine malo. A viro iniquo eripe me. Eripe me de inimicis meis deus meus. Et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem. Et de viris sanguinum salua me. Sic psalmū dicam nomini tuo in seculū seculi. Vt reddam vota mea de die in die. Exaudi nos deus salutaris noster. Spes omniū finium terre et in mari longe Deus in adiutoꝛium meū intende. Dñe ad adiuuādū me festina. Sanctus dꝰ sanctus fortis sanctus ℣ immoꝛtalis. Agnus dei q̄ tollis peccata mundi: miserere nobis Benedic anima mea domino. Et omnia que intra me sunt nomini sancto eiꝰ. Benedic anima mea domino. Et noli obliuiscꝛi omnes retributiones eius. Qui pzopiciatur omnibus

iniquitatibus tuis. Qui sanat dēs infirmitates tuas. Qui redemit de interitu vitam tuā. Qui coronat te in misericordia ⁊ miserationib⁹ Qui replet in bonis desiderium tuum. Renouabitur vt aquile iuuentus tua.

Cōfitemini dño qm̄ bon⁹. Quoniā in seculū mia eius. Deinde dz Cōfiteor. ⁊ Misereat. ⁊ Absolutionē. vt ad cōpl. Sequant̄ pces hoc mō

Dignare domine die isto. Sine peccato nos custodire Miserere nostri domine. Miserere nostri.

Fiat mia tua dñe sup nos Quēadmodū spauim⁹ i te. Quādo dz de fer. introducat hic iste ℟⁹. Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te. ℣. Miserere mei de⁹ et exaudi me. ps. Miserere mei deus scōm. ꝛc. Gl'ia pr̄i. Quo finito resurgat sacerdos ⁊ dicat

Exurge dñe. Et lr̄a. Dñe de⁹ virtutū. Et oſt̄ de. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus

In olbus dñicis et festis sanctor dupl. ⁊ in fer. extra ebdo. pasc. dicatur hec Dēo.

Omine sc̄e pater oipotens eterne de⁹ qui nos ad pncipiū huius diei peruenire fecisti: tua nos hodie salua virtute ⁊ concede: vt in hac die ad nullū declinemus peccatū nec vllum incurramus periculū: sed sēp ad tuam iustitiam faciendā omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur. Per. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo Benedicam⁹ dño. Deo gr̄as.

Deinde dicat sacerdos sic Pzeciosa est in cōspectu dñi. Mors sanctor ei⁹. Deinde dicat sacerdos sine Dominꝰ vobiscum. et sine. Oremus

Sancta maria mater domini nostri iesu chr̄isti atq; omnes sancti iusti ⁊ electi dei intercedant ⁊ orent p nobis peccatoribus ad dñm deum nostrū: vt nos mereamur ab eo adiuuari ⁊ saluari: qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

Sacerdos dicat De⁹ in adiutorium meū intende. ℣. Domine ad adiuuandū me festina. Eodem modo dicitur tribus vicibus Deus in adiutorium. Domine ad adiuuādū. et tunc sequatur sic Gloria patri et filio et spiritui sc̄ō Sicut erat ī pncipio.

Kyrieℓ. Xpe eℓ. Kyrieℓ. Pater noster. Et ne nos in. Sed libera. Et veniat sup nos mia tua dñe. Salutare tuum scdm eloquium tuum. Et respice i seruos tuos ⁊ i opa tua. Et dirige filios eoꝝ Et sit splendoꝝ dñi dei nr̄i sup nos. Et opa manuū nr̄aꝝ dirige. Hec sequens oro dr̄i fes. duplicib⁹ et quotiens cūq; chor⁹ regit extra ebd. pas. sine Dñs vobiscū sed tm̄ cum Oremus.

OMps sempiterne deus dirige actus nostros in bñplacito tuo: vt in noie dilecti filij tui mereamur bonis operib⁹ abundare. Qui tecū viuit ⁊ regnat i vnitate spūssti de⁹: p oia secℓa secℓoꝝ. Amen. Dñs vobiscū. Bñdicamus dño. Excellentior pso na dicat. Benedicite. Dño. In noie pr̄is et filij: et spūs sancti. Amē. Ad. iij. Hyᵖ.

NUnc sancte nobis spiritus/vnū patri cū filio: dignare pr̄optus ingeri/nostro refusus pectori.

